Irrito a ritu dicitur irritus. media p. i. puocare: quasi contra ritu aliqui facere. unde in psal. Irritat aduersari nomen tuum in fine. **I**rritato potest ponere a ratu. et tunc est irritare euacuare: vanu facere: debilitate: destruere. et tunc corri. mediaria. vnde vobis. Irritet hunc os nos irritat in ira. unde irritatio ministrum. et hoc irritatum tuum. et irritatus tantus. genit. ois. et irritatus tuum. i. vanus: castus: non firmus et irritatus per syncopam secundum Hugo. Pris. autem in. lib. vultus irritus ponatur ex in. et ratu. unde dicitur. **E**cce facit ratus participium et puto differet causa eo quod ritus aliud signat: sed in positione a. i. i. correptam mutat: ut ratus irritus. Et nota magister **H**enricus. loquens de irritus. dicit. **N**ibi tuum videtur penitentia. sit tuum logia. quod sic apud oes autores veteres uenit. unde **Dora**. in sermonib. Begni irritat animum demisso per aurem. **C**onunter tuum tenet quod irritato potest mediaria corripere et producere secundum diuersas significaciones.

Irrigo gas. in rugo gas est.

Irrugio gis. in rugio gis. exponitur.

Irundo ab aer dicitur irundo dinis. quod non residens: sed aere capiens cibos edat: quasi in aere vivens. et hinc irundinus natus. et irundineus nea. neuz. in eodem sensu irundinus etiam dicitur parvus filius irundinis. et cor. penit. vide etiam in hirundo in h.

I ante S

Sea id scribit sine h. unde in plurali y. et ee. et us. sine h. debet scribi. et per geminum i. et e. sed hic hebis debet aspirari. et per ynu i. et per ynu e. debet scribi. De hoc dixi in deo. et in his et hec et hoc. Et scias quod id est sunt due partes: sicut ostendit in hoc est. Et ponit is ea. id. cum demum. et dicit idem eadem idem. Et scias quod idem sicut et differens dicitur tripli. s. idem generis: idem specie: et idem numero. Eadem genere sunt quecumque sub eodem genere continentur: ut homo et simus. et silia sub aiali. Eadem specie sunt quecumque sub eadem specie continetur ut sortes et plato sub hoie. Idem autem numero dicitur tripliciter. uno modo dicitur idem nomine vel diffinitione. alio modo idem proprio. tertio autem modo dicitur idem accidentem. Eadem nomine sunt quoque res una est. nona vero plura: ut marcus tullius cicerus. Eadem diffinitione dicuntur: quoque ynu est diffinitione alterius: ut animal rationale mortale. et homo. Eadem proprio sunt quoque ynu dicitur eum proprium alterius: ut sortes et albedo que in ipso est. Sicut dicitur differens tripliciter. s. differens gene-

gandū t leticie t remissiōis: quo serui liberati donabāt: debita relaxabāt: captiuū absoluēbātur: possessiōes gratis restituebāt. ita dī. **D**u. i. hystorijā at sup **H**en. i. 4. dī. **A**b hac vitoria abrae tradūt tubileū habuisse initiuū p̄ hac remissiōe captiuoꝝ. Iobel. n. remissio vel initiuū dī. vñ iubile⁹. i. remissiuus: vel initias. **O**b hoc aut̄ ɔsti-
tutus est q̄nquagesim⁹: qz tūc erat **L**orb ut dicunt qdā q̄nquagita annoꝝ: vel tūc erat qnq̄gesim⁹ ann⁹ ex quo
dī de locut⁹ erat **A**brae in via: vel ex quo egressus est
de **T**oyram. Et scias q̄ iubile⁹ vt dixi p̄t deriuari a iu-
bilo. las. t sic dicēdī ē iubile⁹ p̄t. i. in anpenl. syllaba. Uel
p̄t deriuaria iobel: t sic dōz est iubile⁹ p̄t. i. anpenl. syllaba: t penl. syllaba. In p̄ma aut̄ syllaba cā euphōie scri-
bit p̄nō p̄ o. vide in penthecoste: t qui quagesima.
I uiblus. li. i. argutus: sonor⁹: t letabundus cantus. p̄prie
quidē iubilus est vox p̄fusa p̄ gaudio. vñ iubilo. las. i.
cantare: gaudere qdā voce confusa: pregaudio cantare
regulati fīm **D**ug. Uel fīm quosdā iubilus est gaudiū
q̄ verbis explicari nō p̄t: nec tñ penit⁹ reticeri. vel iu-
bilus est qui tanta leticia corde cōcipit q̄nta sermonis
efficacia nō explēt: vt dicit **P**ap. vñ i. in grecis. dī. **F**ert
inexplēta iubilus leticia mētis. q̄ aut̄ dī iubilare q̄si iu-
uantur laudare: vel letari etymo. est.
I uida fil⁹ **J**acob p̄fessio īterprat⁹. qñ. n. eū pepit **L**ya. lau-
dē dīo reutulit dices. Nūc sup hoc dīo īfitebor. **C**et
nota q̄ p̄ filio iacob iuenerit iudas: vel iuda iude: t iuda
ideclinabile. t hinc iuda. de. vel iuda indeclinabile rā p̄
pplo q̄. p̄ terra iudeoꝝ. t qñ ē ideclinabile dōz accētuari
i fine iuda cā ofntie fīm **D**ug. Et **A**lexander dīc. Quū de
cūmā demittit. ultima iuda. Quū manet imota ipsius
postrema leuaſ. Et a iudae vel iudea dī iudaic⁹. ca. cu.

I uidas iacobi q̄ appellat⁹ alibi lebe⁹: figuratū nomē h̄z a
code: qd̄ nos diminutio corculū possum⁹ appellare: ip̄e
ialio euāgelista taddē⁹ dī: quē ecclastica hystoria tra-
dit missus Ediſas ad **A**bagaz regē. nā vt ibide dī: p̄di-
ctus rex **A**bagar⁹ dīo n̄o ielu xp̄o in hunc modū eplaz
misit vel destinauit. **A**bagar⁹ Euchanie fil⁹ **J**esu salua-
tori bono q̄ apparuit i locis hierosolimoꝝ salute. Iudi-
tu ei mibi de te: t de sanitatib⁹ q̄s facis: q̄ sine medica-
mētis aut̄ herbis fiāt ista p̄ te. t q̄ vbo cecos facis vide-
re: claudos ambulare: leprosos mūdarī: t mortuos reui-
scere. qbus oīb⁹ auditis de te: statui i aio meo vñū ēē
et duob⁹: aut̄ qz tu sis de t̄ descēderis de celo: vt hec fa-
cias aut̄ qfili⁹ dei fīs q̄ hec facis. **E**go scribens roga-
uerim te: vt digneris fatigari v̄sc⁹ ad me: t egritudinez
mēā q̄ dī laboro curare. nā t illud cōperi q̄ iudei mur-
mura erūt aduersuz te: t volūt iſſidiari tibi. veni iḡ ad
me: q̄ mibi qua ciuitas: t̄ honesta: q̄ vtriq̄ suffici. **D**o-
min⁹ aut̄ in hec vba sibi r̄ndit. **H**eūs es: q̄ credidisti in
mequū ipse nō videris me. scriptū ē. n. de me: q̄ bi q̄ nō
me vidēt credēt. **D**e eo aut̄ qd̄ scripsisti ad me: vt veniā
ad te op̄ me oia hec adimplere pp̄ q̄ missus sū: t postea
recipi me ab eo a quo missus sūz. Quū ḡ astamp⁹ fuero
alique de discipulis meis mittā ad te: vt curet te: t viui-
ficer te. hec i hystoria ecclastica. **V**ides aut̄ **A**bagar⁹
q̄ p̄siental⁹ xp̄o videre nō posset fīs q̄ i qdā hystoria an-
tiq̄ inueit: sicut **J**ohanes damascen⁹ in li. 4. testat⁹: pictor-
re quēdā ad **L**efuz misit: vt dīi imaginē figuraret: vt sic
ipm salte p̄ imaginē conspiceret: quez i facie videre nō
poterat. t̄ quā ad dīm pictor venisset: pp̄ nīmū fulgo-
re q̄ ab ei⁹ facie p̄cedebat: n eius facie clare negbat in-
tēdere: nec ipaz vt sibi iustiz fuerat figurare. qd̄ cernēs
dīs vestimentū lineū ip̄t⁹ pictoris accipies t̄ sui facie
suppones sui ip̄t⁹ imaginē eidē ip̄ressit: ac desiderāti re-
gi **A**bagaro destinauit. Illa aut̄ eplaz dīi n̄i **J**esu xp̄i tā-
te vñtis fuisse p̄t q̄ i illa ciuitate edissa nullus heretic⁹

vel paganus viuere valeret nec tyrān⁹ alijs nocere ei-
dē p̄sumeret. nā si aliquā gens aliq̄ manu armata ī illas
ciuitatē insurgeret: ifans alijs sup portā stās eplaz illas
legebat. t illa die hostes aut fugiebāt aut pacati cuz eis
cōponebāt. sic ferī oliz fuisse adimplētū. t̄ postmodū il-
la ciuitas a saracēs capta fuit: t p̄phanata: sublato bñfi-
cio pp̄ abūdātiā p̄tōꝝ in orīete vñdiḡ patefactā. post
q̄ vñ dīs assumptus est: vt in ecclastica hystoria legit⁹:
misit aplūs **T**homas **T**addeū ad **A**bagaz regē fī dīi
pm̄issionē: q̄ quā ad eū venisset: t se discipulū **J**esu xp̄i
sibi pm̄issū dixisset: vñdit **A**bagar⁹ i vultu **T**addei quē-
dā mīz t diuinuz sp̄lēdoꝝ: quo viso stupefac⁹ t territ⁹
dīm adoravit dices. Uere discipulus es **J**esu fili⁹ dei: q̄
dixerat mibi. Mittā ad te aliquē dī discipulis meis: q̄ te
curet. t vitā tibi p̄stet. cui **T**adde⁹. Si in dei filiū credi-
deris: oia tui cordis desideria obtinebis. Lui **A**bagar⁹.
Credo vere t iudeos q̄ eū crucifixerūt libētius trucida-
rē si mibi possibilitas adest: neq̄ et romāoꝝ autoritas
impedit. quū igit̄ **A**bagar⁹: vt in q̄busdā libris antīq̄
legit leprosus esset. **T**adde⁹ eplam saluatoris accepit t
de ea eius facie ḡfriauit: t statim plenā sanitatem acce-
pit. **C**at nota q̄ iudas īterprat̄ cōfitēs: vel gloriostis
vel iudas of quasi iubilū dans. ipse. n. habuit cōfessiones
fidei: gloriā regni: t iubilū eterni gaudi. **V**ic multiplex
habuit cognomē: vt tactū est. dicit⁹ ē. n. iudas iacobi sup-
ple frater. fuit. n. frater iacobi minoris. secundo dicit⁹ est
Tadde⁹: qd̄ īterprat̄ apprehēdens p̄ncipēs. ipse. n. ap-
prehēdit xp̄o p̄ncipē p̄ fide formata tenuit nec dimisit.
tertio dicit⁹ est in ecclastica hystoria lebeus: qd̄ sonat
q̄si cor. vel corculus. i. cordis cultor.
I uidas scarioth vel scariothis: vel a vico in quo natus est
vel a tribu **I**sachar vocabulū sumptūt: quodam futuri
plagio ī cōdenatōe sui. **I**sachar enīz īterprat̄ merces
vt signares preciū pditōis quo vendidit dīm. scarioth
īterprat̄ memoria mortis. qz nō repente p̄suasus: sed
diutius meditatus: p̄segit scelus.
I udeiso. fas. saui. dī iuda vñl iudea. t est iudeisare iudeū
facere: vel iudeoꝝ more se habere. t hinc iudeismus iu-
deismi. i. suetudo t ritus iudeoꝝ. vel gens iudeoꝝ.
I udeus. a iuda filio **J**acob dī iudeus iudea iudeū: qd̄ no-
men scissura decem tribū hebreis īposuit. nam ante
hebrei vel israel dicti sunt. sed ex quo ī duo regna popu-
lus dei diuisus ē: tūc due trib⁹ que de stirpe iuda reges
babebāt iudeoꝝ nomē sortite sunt. reliqua pars decem
tribū que in **G**amaria regē sibi īstituit: ob populi ma-
gnitudinem p̄tinum nomē obtinuit israel. t īterprat̄
iudeus cōfessor sive cōfiteſt. nomē vñ modo nudū eis
cōuenit. īterpretatio aut̄ ei⁹ ab eis lōge absentatur. nō
enim vero nomine nūc dicunt̄ confessores. sed diffeso-
res potius. t a iudeus dicitur hec iudea. dee. terra eorū
quam incoluerunt. t hinc potest modo sumi iudeus iu-
dea. iudeum. gentile. s. qui est de terra illa.
I udex. a ius dī h̄ index. cis. iudices iudicū. vel h̄ t hec iu-
dex. cis. cōis gene. vt qdā dicit⁹. t dī index q̄si ius dīcēs
populo veluti re disceptās: t̄ etymo. **J**ure aut̄ discepta-
re est iuste iudicare. nō. n. est iudex si nō est ī eo iustitia.
vñ t iudicū p̄s īnḡstrio vocabulū. vñ t autores iudicio-
ruz: t p̄positos: q̄storēs vel questores yocamus.
udiciarius. ry. in iudicium est.
I udiciū. a ius dī hoc iudicium. cy. quasi iurisdictio t ostē-
sio: t est iudicū dum discernit: cā quiz p̄ponit: iudicia-
rius. ria. rium. qd̄ p̄tinet ad iudicū. t h̄ t hec iudicialis t
hoc. le. in eodem sensu. vide in suspicio.
I udico. cas. caui. a iudex dī: t̄ ē iudicare: iure disceptare:
ius dicere: determinare cām. vel iudicio dānare. t inde-

iudicatori^o.ria.riu.^r hoc indicatori^o.ry.loc^o vbi iudicatur.^r h^o bec iudicallis^r hoc.le. Judico pponit vt adiudico.cas.i.scribere:destiare.cōiudico.cas.i.sil*l*adicare.di*l*adic*o*.cas.pi*l*adic*o*.cas.vi*l* hoc pi*l*adic*u*.cy. Judico ē actiuū cū oib^o suis cōpositis.^r cor.di syllabam.
 I udith vidua laudāda q̄ iterfec^o Olophernez:^r liberavit israel d^o manu hosti^o:^r iterptat laudāda v^o iudea^r z̄ s̄c̄s.
 I ugabilis.a iugo.gas.d^o hic^r bec iugabilis^r hoc.le.^r etiā hic^r bec iugalis^r hoc.le.inuenit per syncopam.i. iungi bilis:vel iugo habilis.
 I ugalis.a iugū d^o h^o bec iugalis^r hoc.le.i.iugo assuetus: sub iugo positi^o: q̄ si domitus. Itē iuenit iugalis.i.iungibilis.^r d^o tūc a iugabilis p syncopaz. In.z. Regū ca.s.habef. Subnernauit oēs iugales currū.^r pdu.ga.
 I ugez.ri.fz q̄ cōiter accipit ē spaciū terre qd^o vnu aratrū pot arare i die: r iuēt b^o iuger. geris.i.eadē significatōe. Isido. sic dīc i libro etymo. Iugez. stat lōgitudie pedū ducētoz q̄ dragita. latitudine centū vigiti:^r cor.penl.
 I ugis.a iugū d^o h^o bec iugis^r hoc.ge.i.assiduus. Atiu^o: perseverans.^r produ.primā:sed iugū eaz cor. vnde ver sus. Expera esse iugi:yeneris nequeo prece iugi.
 I ugitas.tatis.femi.ge.i.assiduitas:perseuerātia.^r forma ē datiuo iugi addita tas fit iugitas:^r cor.penul.
 I ugiter aduer.i.assidue:cōtinue:perseuerātē.^r d^o a iugis.
 I uglans.dis.fem.gene.componit a ioue^r glans.^r dicūt iuglandes castanee quasi iouis glandes:q̄r sint cōscrete ei:vel q̄r sint cibus ioue dignus.
 I ugo.gas.gau.gare d^o a iugū.^r est iugare:copulare:iūge resub iugo ponere. Et cōponit cū con.^r d^o iugo.gas.i. iūngere:sub codē iugo ponere. Itē cū dis^r d^o disiugo gas.i. disiūgēre:separe:remouere a iugo. Itē cū sub.^r d^o subiugo.gas.i. debellare:sub iugo pōere. Iugo.gas.actiū est cū omnib^o suis cōpositis:^r cor.hāc syllabā in.
 I ugulo.a iugū d^o h^o iugulus.li.guttur vel gutturis icistio. Luca.i.z. Dis dabit h^o pacē iugulus fine maloz. Et a iugulus d^o iugulo.las.i.iugulo icidere:^r hinc v̄balia vt iugulator: iugulatrix: iugulatio:^r iugulatori^o.ria.riu.^r hoc iugulamē.minis.^r hoc iugulamētū.ti.^r cor.iu. hora.in epi. Ut iugulēt hoies:surgūt de nocte latrones. Lucan. in.4. Vincit haud gratis iugulo ḡ prouocat hostem.
 I ugulū.li.dimī.partium iugum.
 I ugū.a iungo.gis.d^o hoc iugū.gi.cacumē mōtis:q̄r pp̄in grate iugoz colles iūgant:^r inde iugulus.fa.suz.i.cacumōtis vel mōtōtis. Dicīt etiāz iugū illud lignē instrumentū cū quo boues iūgunf^o. vnde qdā similitudine iugū d^o seruit^o.^r inde hic iugulus:^r cor.primā iugū. Prosper. Nō seruile granat libera corda iugū.
 I ulianus.na.num.nomen est posselliū de iulius cesar.^r hinc iulian^o.ni.d^o propriū nōmē cuiusdā viri.
 I ulius.Jul^o.li.fuit fili^o. Eneē: r est bisyllabū. Iz q̄nq̄z cā metri pona^o trisyllabū.^r hinc cesar dicit^o est iuli^o:q̄r de eiusdē pgenie pcessit.vñ illud. Juli^o a magno dimissus nōmen iulo.^r hic iuli^o.lia.liu. nōmē posselliū th^o iulia lie. qdā colūna rome in cui^r sumitate ē v̄rna in q̄ posita fuerūt ossa^r z cinis corporis cesaris:^r hinc dca ē iulia. Itē a iulio impatore dicit^o ē h^o iuli^o.ly.qdā mēsis ḡ pmo vocabaf gntilis:z postea i honorē iulij cesaris q̄ eo mēse natus est:vel q̄r in eo aliq̄ victoriā obtinuit dicit^o est iuli^o.^r hinc iulius.lia.liu.de hoc etiā vide in gntilis.
 I ulos proprie p̄ma barba.s.lanugo d^o.
 I ulus.li.in iulius.ly.yide.
 I umētū.ti.iuuo.uas.vel a iuuumētū p syncopā d^o b^o iu uamentū.ti.equ^o vel bos vel asinus.^r dicunt h^o aialia iumēta:q̄r n̄z labo^o vel onus suo adiutorio subiectādo^r arando iuuent.nā carpēta trahit bos:^r durissimas terre glebas vomere euertit.equ^o z asia^o portat onera

hoium in gradēdo laborez temperāt. vii z iumēta ap pellanē:q̄r iuuāt hoies. Eadez quoq̄ dicunt armenta.^r a iumētu d^o iumētar^o.ria.riu.q̄r pincet ad iumētu.^r itimentari^o.ry.z bec iumētaria.rie.custos iumēti. uncata.re.e lac secretū z in iūcis iuolutū.^r d^o a iūcus.ci. unicus.ci.d^o a iūgo.gis.q̄r eo aligd iungī^r z ligat^o: vel q̄r iūctis radicib^o hereat.vñ h^o iūculus.li.dimī.^r b^o iūctū ti.loc^o vbi iūci abūdāt.^r iūce^o.cea.ceu*o*.i. de iūcis exīo: v̄l ad iūcos p̄tinēs.v̄l mācer:vel subtil^o ad modū iūci. ungibilis.a iūgo.gis.deriuat h^o z b^o iūgibilis z b^o.le.ap^o ad iūgēdū.vñ iūgibilis aduer.^r b^o iūgibilitas.tatis. ungo.gis.xi.ctū.zpōis cū ab.^r d^o abiungo.gis.xi.ctū.i. separare.^r cū ad d^o adiungo.gis.i.aligd iungere.^r cūz con.^r d^o iūingo.gis.i.sil*l*iūingo. Itē cū dis^r d^o disiungo gis.i.separe:diuidere. Itē cū in d^o iūingo.gis.i.pcipe. itē cū re^r d^o reiungo.gis.i. disiungere vel itez iūngere. itē cū sub^r d^o subiugo.gis.i. subitus vel post latenter iūgere.item cū se^r d^o seiugo.gis.i. seorūz iūgēre:vel seorūz a iūcta facere.i. distingue. Hungo z eius cōposita sunt aciūa:^r faciūt preteritū in xi.^r supinū in ciu. unipir^o.pir.qd̄ ē ignis.zpōis cū gigno.^r d^o h^o unipir^o.ti. qdā arbor cui^r cineres pleno āno seruit igne.^r d^o iūn ipirus q̄si gignipir^o.i.gignēs pir.i.ignez:q̄r pectū dīntē neat ignē adeo vt si prune el^o cinere fuerit copte v̄fīg ad annū pueniūt.vñ d^o sic^o q̄r ab amplio v̄fīg ad aciū si uni^o in mains expōit.^r ēt in iūcēs. C nr vt ignis. unix.cis.fe.ge.a iūnando d^o.^r est idem qd̄ iūnula*o*.i. parua bos fm̄ hug. papi. vero dicit. Junices:bones iūuenes.^r pdu.penul.gti.ynde persi^o. Tot tibi in flaminis iūnicū omenta liqueſcunt.
 uno.nonis.fe.ge.d^o a iūuo.uas.q̄si iūuās nonos. est enī iūno dīna bonitas q̄ nouos iūuat:q̄r cuncta grā sua nu trit.ēt aer q̄ sil*l* iūuat nouos:q̄r ifantes a calido z hūido vtero veniētes:^r similiū qlitatu bñficia poicētes recipit fōnes hūore z calore:q̄r ipse solus iter elemēta calidus est z hūidus.binc ēt esse d^o lucina.i.dea part^o. vel iuno d^o q̄si iano a ian^o.i.iānia propagatōis feminaz:q̄r q̄si porras matronaz pādit:^r naturas nubētū maritis. est.n.dea parturiētū z nubētū z a iuno d^o iūnō*o*.nia. niu*o*.i.res p̄tinēs ad iūonez:vel res iūnōs sic pauo ḡ d^o quis iūnō*o*.vñ Quid.de ar. Laudatas oñdit quis iūnōs iūnō*o*.nia.niū.exponit in iuno. C pēnas. uppiter expōit in iouis. C Nota tñ h^o ḡ sapientes p̄tio ui q̄ est vna septē stellaz erraticaz tonare attribuūt:eu ins nulla alia cā ē nisi:q̄r uppiter h^o z p̄prietate eleuare ventoz fortiū:^r siccoz mām:pcipue q̄si fuerit iūct^o in v̄tute aliq̄ cuz marте tpe estiū in signis aglonarib^o:q̄r tūc cerre pōt p̄dici^o multe scintillatōes z tonitrāa fieri in aere.ita ēt piculū sit futuz boib^o. ppter acris pestilētiā ex nimia corruptōe futura. ppter vapores incētos z pestiferos imixtos aeri:q̄r uppiter cū sole eleut eos:^r mars incēdēdo corrūpit cosde^o.z ita aer fit yenenos. Quecūq̄z at ab augurib^o vel a fabulosis inueta legūt:q̄r uppiter sit de^o vel h^o friuola sunt:^r z absq̄z cōsideratōe philosophica dca:nec dignū ēt v̄ disputat^o h̄ear:q̄si nūli rōni initūt.^r sic tanq̄z fidelis theologus 2silia itelli go a me i h^o ope refutāda. vide in hymē.^r z ēt i cometa. urat^o.ta.tū.of a iuro.ras.raui.qd̄ iurat^o fāc^o z ponis acti ue vel passiue.vñ Quid.Lu mibi iurat^o p numina mīris aquose.actiue dixit. Et aliter. Jurata numia nō te reducūt.passiue dixit. De b^o vide supra i tertia p̄tē i tractati d̄ p̄teritis scde iūgatōis i ca.de v̄bis desinētib^o i deo z iūgiū.gy.z b^o iūgāmē.minis.in eodē sensu:^r C p̄sua. d^o a iugo.gas.z est iūgiūz litigatio vel verberatio:q̄si iūris garriū:vel quasi iūris actio fz hug. vel fm̄ pap.

Iurgium dñ cōstitū:causalis contentio.
Iurgo,gas.cōponit a ius et garris vel ago. et dñ iurgare.i.
iure agere vel iure garris:q; ibi q; cām dicūt iure disce-
pit. Et accipit iurgare in duab? significatōib?. Iurga-
re enī est ritari:litigare:et ppriē i causis agendis. Et iur-
gare ē reprobēdere:castigare:corripere corrīgere:culpa-
re:impugnare v̄bis: vel litigādo verberare: et fm hoc
st̄nuī cu actō. Et poniſ ut obiurgo.gas.i.tra aliquē
vel fortiter iurgare: et sunt neu. et absoluta,p litigare. In
alia vō significatōe sunt actua. Et nota q; in eodem
sensu inueniū deponētia iurgo iurgaris.gar.suz. et ob-
iurgo.garis.iurgutus suz. Itē nota q; iurgam? tob.
iurgamus v̄bis: sed castigamus dum cedimus.
Iuridicalis.a ius et dico.cis. cōponit h; et hec iuridicalis
hoc.le q; de iure tractat.vñ et quedā iuridicō i arte rhe-
torica dicit iuridicalis:q; de iure tractat.
Iuridicus.ca.u.i.recurus q; dicit ius: et cōponit a ius et di-
co.cis. et cor.di.sicut dixi cor.di.naturaliter.
Iurisconsultus.i.iurisperitus fm papi.
Iurisdicio.onis.componit a ius et dicio.onis. qd est ptas:
et dicitur iurisdicio.i.iuris potestas sup aliquē: et scribit
per c. solam sicut dicio.
Iuro.ras.rati.rati.a iure dñ. Et poniſ ut adiuro.ras.co-
iuro.ras.in eodē sensu.s.exorcizare: et iurare.i.fil iura-
re:spicere:iuratōes facere.deiero.ras.i.valde iurare:
vel peirare. Reg.p.cap. xx.dñ. Addidit Jonathas deie-
rare David.i.valde vel firmiter iurare:peiro ras.i.piu
riū omittit. Et nota q; in istis duob? v̄bis.i.deiuro
et piuro.qb? v̄ebat antī nos mutam? u.in e.correptaz
subtracta a scđo verbo: et dicimus deiero.ras. et peiro
ros.p.piuro.ras. et deiuro.ras. Lucan? in. 6. Nos estis o
supi stigias q; peirat vndas. Iuro.ras.neu. est cu oibus
suis p̄positi p̄ter adiuro et iuro.ras. p exorcizare que
sunt actua. vide etiā in iurat?: et in metior. Et scias q; in
rare fm Aug.est ius vitatis deo reddere. Iuramētū aut
a iuristi sic diffinīt. iuramētū ē affirmatio vel negatio
de aliquo sacro rei affirmatiōe firmata. Tria aut requi-
run̄ ad hoc q; iuramētū sit rectū. vñ ex parte ipſi? rei
de qua iurat: et sic regitur veritas p̄ quā vox sive dicti
reia dequa: alias dñm nō ēt̄ firmatō dignū. et hic su-
mit veritas fm q; est adequatio vocis ad rem. vñ v̄itas
deb̄t̄ in sciētia: et firmiter sciat ita esse: alias si tñ
credat nō debet de cōsciētia: sed tñ de credulitate iura-
re. Alind regriſ ex parte cause p̄ q; iurat: et sic regriſ iu-
stitia:alias nō est debita necessita s. dñ. n.id qd iurare esse
licitu et honestu. Tertiū regriſ ex parte iuratis: et sic re-
gris v̄cū discretiōe iuratis nō adhibet debita cau-
tela: et sic est iudiciū et tñtēt̄ in iudicio q; sit discretiō iu-
ratis debita forma et euētis: et tps: et oia q; expte iuratis
considerāda occurrit. De his dñ p̄ viere. 4. Jurabūt dicit
dñ in vita et iustitia et iudicio. Vel dic q; v̄itas regriſ
q; ad iurant: q; id qd iurare sit licitū et honestū. Judicuz
regriſ quo ad cām q; inducit ad iuradū: et nō iuret et si
ne necessitate et vtilitate p̄ximi. Itē nota q; q; iuramē-
tū vergit in deterioriē exitū nō deb̄t̄ fertari. P̄t̄est aut
iuramētū in deterioriē exitū vergere dupl̄. Uno modo
q; ab ipo p̄ncipio h; et peiorē exitū: vel q; fm se est malū:
sicut quā aliga iurat se adulteriū patraturuz: sive q; est
maius bonitatis impedimentū: puta quā alijs iurat se
nō intrāt̄ religione: vel q; nō fiet cleric? aut q; nō ac-
cipit platez: in casu in quo expedit eū accipe: vel s̄igd
alid ē h; Tale enī iuramētū est a p̄ncipio illicitū. diffe-
reter tñt̄ s̄igd iurat se factuz: aliq; p̄cīm: et peccāt iu-
randō: et peccat iuramētū seruando. Si quis aut̄ iurat
se faciuz aliq; melius bonū: qd tñ facere nō tenet:

peccat quidē iurando inquantū ponit obicem spiritū
sancto qui est boni propositi inspirator: tñ non peccat iu-
ramētū seruādo: sed multo melius facit si nō seruet.
Alio modo vergit ad deteriorē exitū ppter alid qd de
nouo emergit: qd nō fuit p̄meditatū: sicut patet in iura
mētū herodis q; iurauit puelle saltāti se datuz: qd peti-
set. hoc n. iuramētū poterat a p̄ncipio esse licitū intelle-
cta debita conditōe. si si p̄teret qd dare deceret: sed im-
pletio iuramētū fuit illicita. vñ Ambro. dicit in libro de
officis. Et cōtra officiū nōnūq; p̄missum soluere sacra
mentū: sicut Herodes q; necem sancti Joānis baptiste
p̄stauit ne p̄mis̄ negaret. Culo etiā te scire q; qñ
nō est eadē iurātis itētio et eius cui iurat: si hoc p̄uenit
ex dolo iurātis: debet iuramētū seruari fm sanū intelle-
ctū ei? cui iuramētū prestat. vñ Is. dicit. Quacunq; arte
verbōz gs iuret: deus tñ q; cōscie testis est ita hoc ac-
cipit: sicut ille cui iurat intelligit: et q; id intelligat de do-
lo iuramētū p̄z q; id qd subdit. Dupl̄ reus fit: et q; no-
men dei in vanū assūmit: et p̄ximū dolo capit. Si aut̄ in
rans dolū nō adhibeat: obligat fm itētōe iurātis. vñ
Grego. et mōra. Humane aures talia verba nostra iu-
dicat q; lia foris sonāt. dina vō iudicia talia foris audiūt
qualia ex intimis p̄ferunt. vide in periurus.
Ius iuris dñ a iubeo.bes. q; iubet: et est ins lex humana.
phas lex diuīa. trāsire aut̄ p̄gaz alienū phas est. ius vō
nō est. itē ius dñ esse lex scripta. itēs leges humane sunt.
iura diuīa sunt. itēs ius generale est. lex eius species. et ca-
ret hoc nomē ius grō dativo et ablativo pluralib? quan-
tum ad v̄sum fm p̄ugn. et differt ius a iustitia: ut dicās
in iustitia. Et scias q; ius iuenīt in alijs significatōibus.
vñversus. Ius aqua: ius rectū. ius dñ esse potestas. item
ius prophānū dicit brodiū vel aqua in qua coquūt car-
nes porcine: que prophane sunt iudeis. Et dicūt quida
ius iuris pro lege: vel potestate: vel rōne per ris. sed ius
iuris per t. p aqua vel brodīo: sed p̄ris. nō facit istā dif-
ferentiaz. vnde in sexto libro dī. Ius ablata s. et addita
ris. fit grūs ut ius iuris: ut neutra monosyllaba ius. de-
sinētia. Hibi aut̄ videſ q; p̄ brodīo facit grūm in tis. ut
ius iuris: sicut ex vulgari aliquoꝝ sonat. vnde versus.
Ius iuris mando: ius iuris in agmine pando.
iūsurandum.di.neutri ge.i.iurisuratio.
iusta. a iustū deriuat̄ pluraliter hec iusta iustorū.i. exēge
mortuoꝝ: q; iustum est vt homo homineꝝ: cinis cinere
sepeliat. vñ Quid. In iusta inste peregi.
Iustitia. a iustus iusti additā cia fit hec iustitia. cie. Et est
iustitia p̄stās et p̄petua volūtas reddēs vnicuiq; qd suū
ē. et differt ius a iustitia: q; ius ē ars eg et boni. s; iustitia
est p̄stās et p̄petua volūtas. vel est v̄t̄ tribuēs vnicuiq;
qd suū ē. itē omne ius ē iustitia: sed nō ecōuerso. Itē ius
dñ in re. sed iustitia in actu et exercitio vel opatiōe. vñ et
dñ iustitia q; ius iuris stat. v̄l statio: q; p̄ iusticiā stat ius. i.
exerceſ. et etymo. Et sicut dixi i formido facile deuiat
a iusticia q; in causis nō deū: sed hoies formidat.
Iustifico.cas.caui.care.verbum actuum.i.iustum facio.
et componit a iustus et facio.cis. et cor.si.
iustitiū. a ius dñ iust. sta. stū. et dñ iustus q; ius tuens vel
tenēs. s; q; ius custodit. et fm legē viuit. et est etymo. et co-
parat̄ iust. stioz. simus. vñ iuste. stius. simē. aduer. Iust?
p̄pōit ut iniust. i. nō iust. vñ hec iniustitia. tie. et differt
iustus ab equo: q; iustus ex lege est: q; ius custodiens.

De I ante A

Iequis ex natura ē. Et scias q̄ ḡ negligit vānūz propter
 amicū.i. xp̄m:iustus est. Prover.xi. vide in seuerus.
Isum est aduer. loci.i. deorsum: et cōtrariuz est ei quod
 est sum vel sursum.
Iutus. ta. tum. i. adiutus participiū de iuuor. uaris.
Iuamen. minis. dicīt a iuuo. uas. et hoc exigit vt in pre-
 terito dicat iuuau: et i supi. iuuatū regulariter: qd apud
 antiquos iuueniē: et hoc etiam exigit hoc iuuamentum
 ti. et produc. penul. iuuamen. minis.
Iuēalis. a iuuenis dī hic et hec iuuēalis et hoc. le. qd pti-
 net ad iuuēnē: vel lascivius siue stultus et fatu ad modū
 iuuēis. Inueis ēt hic et hec iuuēlis et hoc. le. in eodē sen-
 su. vii iuuēliter aduer. et h̄ iuuenilitas. tatis. Ut̄ Dora.
 in epi. Alta iuuēales tarda barena pedes. Inueni etiā
 hic iuuēalis hui⁹ iuuenalis ppriū nomē cuiusdā viri: et
 desin ablatiu⁹ in e. tisi. vi iuuēalis ab hoc iuuēale.
Iuenculus. li. dimi. parvus iuuēcus. vnde hec iuuencu-
 la. le. que alio nomine dicit̄ iunix.
Iuēcus. a iuuo. uas. dī h̄ iuuenc⁹. ci. i. bos nouellus quū
 a vitulo discedit: et iuare ic̄ipit hois v̄lus terrā excole-
 do: et hinc hec iuuēca. ce. et cor. pma. Quidi. in epla. Quā
 male ineq̄les veniūt ad aratra iuuēci. vide in vitulus.
Iueneo. a iuuēis deriuat iueneo. nes. nui. i. eē vel fieri
 iuuenē: vel virere: florere: siue splendere: q̄ sunt pprieta-
 tes iuuēis. vii ensis dī iuuenere quū purgat⁹ repletet
 et ḡponit vt reiuueneo. nes. et hinc ichoa. iuuenesco. scis.
 iuuenesco. scis. i. iuueneo. ē. **C**re iuuenesco. scis.
Iuuenillis. a iuuenis dī: et pdu. penul. vide in iuuenilis.
Iuuenis. a iuuo. uas. dī hic et hec iuuenis: q̄ iuare posse
 ic̄ipit: et est iuuenis in ipso etatis incremento positus: et ad
 auxiliadū pparat⁹. **E**t nota q̄ antig dicebat h̄ et hec
 iuuenis et hoc. ne. comparat̄ iuuenis. nior. sim⁹. sed mo-
 do iuuenis declinat̄ tñ per duo genera: et caret superla-
 tio: et h̄ cōparatiū irregulare. i. hic et hec iunior: et hoc
 iunius: et hinc dicit̄ hic iunius. my. a iunioribus quidam
 menis: sicur maius a maioribus vnde iunius. nia. niu⁹.
 vt iunie kalēde: et facit geniti⁹ pluralis in um. et tactus i-
 es. tñ: vt iuueni⁹ iuuenes. vide in panis.
Iuuenor. naris. nat⁹. suz dī a iuuēis: et iuuenari more iu-
 ueni se h̄re. vii in dialectica argumētō ille dī iuuēa-
 rig bis vel ter vel q̄ter vel sepi⁹ idē repetit nesciēs pro-
 iuuenta. te. in iuuentus exponit. **C**edere.
Iuuentus. a iuuenis dī hec iuuentus. tutis. et hec iuuenta
 te. **I**uuent⁹ est collectio iuueni⁹: et etas plurimop̄ iuue-
 nū: sed iuēta. te. etas vnius iuuenis: et est iuuentus vel iu-
 uenta a vicesimo octavo anno vslq ad quinquagesimū.
Iuuentus etiā dicit̄ dea iuuentus.
Iuuo. uas. iuu. tum. i. auxiliari. delectari. vii hoc iuuumē
 minis. et hoc iuuumētū: et hec exigunt vt in preterito di-
 cat regulariter iuuau: et supinū iuuatū. **I**uuo ḡponit
 vt adiuuo. uas. ui. tuz qd cōponit cū con: et dī coadiuuo
 uas. **I**uuo est actiū cu omnib⁹ suis cōpositis et pteritū
 facit in ui. et supinū in tu. et in p̄st cor. hanc syllabā in. s̄
 in preterito et supino eam pdu. Prosper. Quid iuuat in
 longū cās pducere morbi. et facit ex se hoc impersonale
 iumat. qd cōstruit cū actō: vt me iuuat. Et scias q̄ apud
 antiquos iuueni⁹ iuuau: et iuuat.
Iuxta aduer. loci et significat: locale ppingtate: vt iste se-
 det iuxta eū. Item est aduer. similitudinis: et tūc signifi-
 cat accōmodatiōez et similitudinē: vt hoc est dī iuxta il-
 lū magistrū. Item iuxta est aduer. qualitatis et tūc signi-
 ficat equalitatē. vt iuxta. i. equaliter: in qua significatio-
 ne videſ esse aduerbiū similitudinis.
Iuxto. xtas. xtau. xtare. i. approximare: adesse: iuxta esse.
 et dicit̄ a iuxta aduerbio.
Ixion ixiois mas. ge. pater fuit centaurox qui iuonē de

De K ante R

Izubitu interpellavit: et interpretat̄ dignitas. vii et dicit̄
 ixion: quasi anxiō qd est grece dignitas: v̄l q̄si anxiō:
 ab ango. gis. q̄r dignitas reddit boiem anxiū. vii ixio-
 neus. nea. neuz. et hinc hic ixionides. de. filius vel nepos
 ixionis: et subtracta de. syllaba dī ixionis h̄ ixionide: si-
 lia vel neptis ixionis. Et est ixion ixiois: aus de genere
 vulturis: alba et minor q̄ vulē. Deutro. z. 4. dicit. **I**xion
 pro aue in quibusdam libris.
Ixioides ixionide: et ixiois ixionide: in ixion exponit.

K. et q. quamnis figura et nomine videatur
 aliquā habere differētū
 cum c. tamē candē tam in sono vocū q̄ in metro stinet
 potestatē: et k. quidē penitus supuacua est. nulla enī vi-
 def ratio cur sequēt a. debeat scribi k. carthago enī et
 caput siue p. c. siue p. k. scribanē nullā faciūt nec in sono
 nec in potestate eiusdē cōsonātis differētā: sicut dicit̄
 pris. in pmo maio. et vt dicit̄ pāp. Omnia greca quali-
 cūq̄ vocali sequēt p. k. scribēda sunt: sed hoc a scriptori-
 bus non seruat̄. **D**ug. vo dicit̄ q̄ hec figura k. superfluit
 apud nos: sed nequaq̄ apud grecos. ybi enī nos scribi-
 mus c. greci scribūt k. et vocat apud eos kappa. in nullis
 ergo latinis dictiōib⁹ debet scribi k. sed tñ in grecis. In
 nothis vo indifferēter potest scribi tam c. q̄ k. q̄ enī re-
 ducte sunt ad latinitatē p̄nt scribi p. c. sed q̄ a grecis ha-
 bent pncipiū et originē possunt scribi p. k. qd consideran-
 tes super⁹ tractauimus in terra l̄a de multis dictioni-
 bus grecis siue nothis: et in hoc secuti sumus **D**ug.

K. a grece latine laxa dicitur.
K. a kalendario. ry. liber est vbi kalende distincte sunt: et di-
 citur a kalende kalendarum.

K. alende. a kalo qd est voco he kalēde. darū. i. prim⁹ dies
 mensis: q̄ eo die solebat pontifex ascendere turrim de
 cōsuetudine romāo: et volēs nūciare quota eser lune
 dies v̄l pncipiū mēsis: dicebat pluries: kalo kalo q̄ si vo-
 co vos: venite audite etatē lune vel principium mēsis: et
 ideo ille dies mēsis dictus est kalēde quasi vocaciones.
Vel aliter de cōsuetudine romanō: erat q̄ in pncipio
 cuiuslibz mēsis celebrabant nūdinās et eas incipiebat
 in nonis: q̄ ergo venturi nesciebat pncipiū mēsis. ideo
 semp in pma die preco turrim ascēdebat: et totiens vo-
 cabat kalo: quasi voco vos ad nūdinās: quot dico resta-
 bant vslq ad diē in quo volebat incipe foꝝ: vt si quarto
 die quater dicebat kalo: si in sexto sexies. vii et ille men-
 sis habz quatuor nonas: iste vo sex nonas: qd ideo sic di-
 uiserūt: vt latrones nesciret quādo deberet esse foꝝ:
 q̄ abscondebat in siluis: t̄veniētes ad foꝝ occidebat
 et predabantur. et ideo dicte sunt kalēde quasi vocatio-
 nes ad foꝝ: et quia pluries dicebat kalo: ideo ab illa plu-
 ralitate dī est tñ pluraliter kalēde kalēdaz: et potest
 scribi kalēde tam p. c. fm latinos q̄ p. k. fm grecos: com-
 petētū tñ p. k. q̄ magis est grecu. vel kalende dicuntur
 quasi colēde: q̄ solebat colī apud veteres.

K. alo. a calon qd est lignū dī hic kalo. lonis. i. ille qui fert
 ligna. kalones etiam dicunt galee militum.

K. labos grece dicunt materiali celi et terre que primo fa-
 eta est confusa et informis: et acut⁹ in fine.

K. atherina katherine. ppriū nomen cuiusdā sancte virgi-
 nis: et dī a cata. qd ē vniuersū et ruina q̄si vniuersalis rui-
 na. Omne enī edificiū diaboli in ea vniuersalē coruit.
 nam in ea ruit edificiū supbie per humilitatē quam ba-
 piditatis mūdane: qd oīa mundana despexit.

K. kir p vnum r. i. dñs: kirri p duo r. i. porcas siue sus.
K. kiri eleyon. i. dñe miserere: et sunt due partes et nō dicit̄
 composta. nam kiri. i. osse eleyon. i. miserere.

Lbaruz.a labor² ³ laboris d^r hoc laba/
ruz.i.signū bellicū qd ex auro.s. t lapi/
dib² p̄ciosis i vexillū sancte crucis trās/
form atū inter alia signa bellica p̄recio
suis erat:qd imperator² & s̄ules adora/
bant. **D**oc signum & adoratione eius

Constantinus fieri iussit.

Labdacism² vbi l. plimū sic sonat: vt sol & lūa luce lucēt.
Labdacism² ēt vēl s², p vno l. duo pñuciā: v'l quotiēs
vñ l. lexīl² duo largi² ionat:nā vñ largi² duo exili² p.
Labecula.le.birni.pua labes. t cor.penl.
Labefacio. **L**abare vel labi p̄pōt cū facio.cis. t d^r labefea
cio.cis.i.mellere:terere:ferire:facere labare vel labi.
Labefacio.cis.idē qd maculare:t tūc p̄pōt a labes &
labefacio.ctas. ē freqntatiū isti² vbi labefacio facio.
cis. **L**abefacio p̄t eē freqntatiū a labefacio.fis.
Labefacio. **L**abare vel labi cōponit cuz fio fis: t dicit labefacio.fis.
Labefacio. **L**abare vel labi cōponit cuz fio fis: t dicit labefacio.fis.
Labellum. a labrum dicitur hoc labellum diminutiu².
vñ hinc hoc labellum.li.aliiu² diminutiu².

Labeo.onis.mas.ge.i.tabernari² vel leccator: t d^r a labor
eris. **E**t labeo fuit qdā legisperit: t qdā vñlis poeta.
Laberint.ti.i.pplexū edificiū qle erat apud cretā fc̄m a
bedalo. t vñ b² laborint: qz nemo inde posse labi: v'l qz
erratis est: t ad labēdū facilis: t sic dicit a labor.beris.
vel d^r labor. p o.a labor. oris. t int²: qz b² int² laborē.
Labes.bis.fe.ge.d^r a labor.beris. t est labes putredo:pni
ces.ruina:miferia: t cōponit cū facio: t dicit labefacio
cis.i.maculare:qz possunt eē p̄posita a labi vel a labare: t
p̄ducī p̄mā labes nomē: s² qz est vñbz eaz corripit.
Labilis.a labor.beris.dicit b² t hec labilis t hoc. le. t dici
tur labile qd cito labit: vel in quo quis facile labit.

Labiolium.li.paruum labium.
Labina.ne.femi.gene.terra aquosa & mobilis & labilis: in
qua quis facile labit: t d^r a labor.beris.
Lobiosus.sa.sum qui grossa habet labia. t dicit a labium.
Labium.vñ.exponit in labrum.
Labo.as.aui.are.i.titubare:yacillare: t tremere vel labi.
vñ labasco.scis.icho². **L**abo.bas. cū oib² suis cōpositis
siq² bz neutz. ēt est p̄nititu² labo.bas. vt vult vñ. t ab
eo deruita labor.beris: sed maḡ Bene.dic qz labo.bas.
deruita labor.beris. t cor.p̄mā labo.bas. vñ Quid.i.epi.
Et sati i dubio pectora nostra labat. **H**ed labes nomē
pdu.p̄mā. vñ vñsus. **S**i p̄ yina labes n̄ yini: s² tua labes.
Labor.beris.lapsus suz. vñ lapsus.sus.sui. t b² lapsio. **L**
abor p̄pōt cū ad: t d^r allabor.beris.i.iuxta labi vñ ad. **T**ē
collabor.beris.i.sil labi. **L**abor.berg.i.diversis modis
vel i ouieras ptes labi. **L**abor.beris.i.deyno loco ad
aliu vel deorsuz labi. **T**ē elabor.beris. i.valde v'l extra
labiemadere. **T**ē illabor.beris.i.intus labi. **T**ēz plabor
beris.i.p̄cul siue ab anteriori parte vel in anteriori pte
labi. **T**ē plabor.beris.i.pfecte labi. **T**ēz plabor.beris.i.
iuxta labi.alſyltra. **T**ē p̄terlabor.beris.i.iuxta labi. **T**ē
sublabor.beris.i.sub² labi. **L**abor.beris. cū oibus suis
p̄positis est deponē: t facit supinū in suz. t pdu.hāc syl.
la.vñ catbo. **L**abī exiguo qd partū ē tpe lōgo. s² labo
beris.cori.p̄mā. t deriuat labor.beris. a labo.bas. fm
vñ. s² fin maḡm Bñ.lab².bas. deriuat a labor.beris.
Labor'l labos b² laboris deriuat a laboro.ras. **E**t a labor
d^r laboriosus: t laboriosus.sa.su*2*.i.plen² labore g patiē la
borē: t exiguit labore vt fiat. t vtrūq² p̄pat. vñ laborio
se. s².sime.aduer. t b² laboriositas.tatis. **T**ē a laboro d^r
laborame.minis. **E**t scias qz labor.ris.nomē sic & laboro
ras. a quo decedit corripit p̄mā: s² labor.beris. pdu.la.

vñ vñsus. **M**e grauat ille labor sub cui² p̄dēre labor.
Laboro.ras.raui.re.i.labore ferre: t laborā labore aliqd
facere: t b² h² inuēt ei² passiuū i tertia psona: vt **U**estis
laborat: t hic laborat².ta.tū.p̄cipiū. **L**aboro p̄pōt: vt
collaboro.ras.i.sil laboz. **T**ē elaboro.ras.i.valde la
borat. **E**t ab oib² istis descēdūt passiuū i tertia psona b²
g² ponit trāsitione. **E**t ide p̄cipia p̄teriti tpis collabora
tus laborat². **L**aboro & oia ei² p̄posta sunt neutra. t p̄
ducūt bo.vñ Qui.i.epla. **A**rte laborate mergū equore
Labrosus.sa.suz.grossa hñs labia: t d^r a labz. (puppes.
Labru² etum.ti.locus vbi labrusce abundant. **E**t dicitur
a labrusca: t producit ce.
Labru².a lambo.bis.d^r hoc labru² t hoc labiū.bu. **E**t diffe
rūt: qz labiū d^r supl²: labz inferi²: vel labiū muliez: la
brū viroz ppter pilos: quā aspitatē significat hec lsa.r.
posita i hoc noīe labru²: vel labz est yasis: labiū vñ oris.
vñ t labru² inuenit p ipso vale in quo pedes lauāt: t tūc
dicit labrum a lauādo qz lauāz: quā lauātio siue lotio
infantium in eo fieri solet. idem dicit & alneus.
Labrusca.a labru² dicit hec labrusca.sce. vitis silvestris:
sic dicta: qz in labris.i.extremitatib² terre vel agroz fi
nib² t marginib² nascit: t ponit qñq pro fructu illi² vi
tis Ifa.s. **E**t expectauit vt faceret vñas t fec labruscas.
Labrusceri.ti.locus vbi labrusce abūdat: t dicit a labru
scā: t pdūcīt sce. **C**it penultiā.
Labruscosus.sa.suz.plen² labruscis: t d^r a labrusca: t pdū
Lac lactis dicit a leucos qd est albū: qz albū ē: t a lac dici
tur hec lactis b² lactis qdā pars intestinoz: t lactis est
id quo lac coagula²: t vt dicit illud intestinū ē qdā pelli
cula in qz lac in qbusdā locis coagula². **U**nī p̄fisi. **P**ul
mone t lactib² iunctis. **L**actis et ē genitius b² noīs lac.
Lacer.ra.rum.i.laceratus.vide in lacero.ras.
Lacerna.ne.fe.ge.d^r a lacero.ras. t est lacerna palliū sim
briatū quo olim soli milites vrebāt. **E**t d^r lacerna: qz
fit lacerat².i.amputat capitis² sumbraz neg² ita la
xis vt sunt penulaz.i.pallioz: vel d^r lacerna a latere &
a cerno.nis. **U**nī iuuenalis. **C**rispin² tyrias humore reuo
cante lacernas. vnde lacernat².ta.tūz.i.illo pallio indu
tus. **I**uuenalis. **P**fe lacernate cū se iactaret amice.
Lacero.ras.raui.rare.i.scindere:frāgere. vñ b² laceramē
minis. t hoc laceramētū.ti.ti.lacer.ra.ruz.i.lacerat². vñ
lacerosus.sa.su*2*.i.eodē sensi. **L**acer p̄pōt semilacer.ra.
rū.i.ex pte lacerat²: t p̄pāt lacerosior.sum². vñ lacerose
s².sime.aduer. t b² lacerositas.tatis. t cor.penl.lacero.
Lacerous.sa.suz.i.lacero ē. **L**acerta i lacert² exponit.
Lacertellus in lacertulus vide.
Lacertosus.i.fortis q magnos bz lacertos. vñ Quid.i.xi.
meta. **D**ura lacertos² fodiebat arua colōi. **E**t d^r a lacer
t².ti. **T**ē lacertosus.i.plen² lacertis: t d^r a lacert² v'l a la
certulus.a lacert² vel lacerta d^r hic la (certa reptili
certulus t hec lacertula t hec lacertellus t hec lacertel
la diminutiu². **L**acertulus etiā dicit quedā aus.
Lacert².ti.mas.ge.d^r brachii: t dicit a lacero: qz sit ad la
cerādū habilis: vel qz a corpe vñ lacera²: t est ppter la
cert² supior pars brachy vel musculus. **E**t hinc deriuat
lacerta.te. t b² lacert².ti.qdāz reptile sic dictuz: qz bra
chia bz: vñ qz lacerta i horto solet morari.i.ō qñq ponit
p horulo: t lacert² siue lacerta ē zplex² brachioz.s.tā
tū spatiū qz aligs brachys p̄t zplexi: t cor.p̄mā lacer
tus. **Q**ui.i.a epi. **E**t aliud collū solitus tetigisse lacertis.
Laceſſens. **N**ota qz laceſſo o.mutata i e.addita bā. fit pte
ritū impfectū laceſſebā: sic a lego legebā: t bā. mutata i
ns. fit laceſſens p̄cipiū p̄ntis t p̄teriti impfecti tpis: t a
genituo laceſſensis tis.in dus. fit laceſſendus. vñ dicē
dū est laceſſens t nō laceſſens. est enī triū syllabaz.
Laceſſo.sis.su*2*.suz.vñbū dſideratiū: qz cū desiderio la